



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Personius in Italiam nauigat; conciliat dissidentes. n. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

1596. nino octo recensuit ijs in literis quas eius anni quarto idus Aprilis dederat ad *Personium*. Primo quod mortuo *Alano Cardinale* studiorum posthabitâ cuiâ , publicis le misericordiâ Alumni negotijs , tum alteri ad eam dignitatem promouendo , tum facultatibus amplioribus ac priuilegijs impostrans intenti ; quibus in rebus cum societatem reperirent non vñquequaque consentientem , primùm irâ , tum odio permoti in partes discesserant , Patres infestis oculis tanquam causâ Patriæque aduersantes aspiciebant. Earum deinde partium nonnulli quorum studium erat ut amotâ Societate Collegij bona sub nomine Congregationis administrarentur , tpm quib[us]dam Alumnis fecerant officiorum præmiorumque si conspirarent , & laxioris disciplinæ . Tum in conuictum admissi fuerant aliqui quos ipse Rhemensi Seminario turbulentos expulerat. Quidam etiam non iniuriâ suscep[t]us grauite de simulacris submissus ex Anglia sub larua pietatis incertos ut falleret : Plures vero calu , & iniquâ regimini commiseratione cooptati , absque debito an apti essent examine. Compleuerant præterea plurimorum aures falsi rumores de disfido Sacerdotum in Anglia à Patribus Societatis , auctâ in immensum famâ controvèrsiæ ; quæque factio intruduerat Bruxellis aduersus Hispanos & Coronæ Hispaniensis fautores , eadem in Seminarium istud irrepererat non minoribus animis sustentata : Quæ vt mentes otio deditas auida[re]que licentia occuparant , quid mirum si iuvenile ardore impellente ad peiora ruentes impatientia que disciplina , iugum excutere sint meditati ? Consentientium denique fiduciâ numeri , & vicinia quadam desperatione , & iureiurando r[ati]onabiliæ conspirationis firmitate animati , quiduis audere potius quam retrò ad incepto recedere decreuerant.

Personius in Italiā nauigans conciliat dissidentes. 11. Hæc ad *Personium Barretus* , qui opportunè in Italiā nauigauit eo tempore quo Deus viam aperuerat ad conciliandos dissidentium animos ; morte sublatis sex vel septem pertinacis consociationis fodalibus. *Claudius* etiam Generalis proficiscens Neapolim rem integrum eius prudenti pietati transtulserat administrandam , non minus beneficium arbitraturus pacem induxisle , quam fundasle Collegium. Arduam igitur in rem ingressus *Personius* , & Dei occultâ dexterâ moderandam , post ardentissimas preces & quotidiana pro successu vota , quidquid vel prudens caritas , vel benigna leueritas cogitare poterat remedij diligentissime contulit. Deprehensis quib[us]dam à Satellitibus in tabernacim petrauit in Collegio conclavia aliquot nè in vincula raperentur. Tum per Accarium Lateranenlem Canonicum Procuratorem Pontificium legitimè examinatis , atque de fædis sceleribus conuictis , cum non minus decem aut duodecim amandandi iudicaretur , procurauit & vestem nouam , & ad iter sumptum , ipsis sibi noxie federatis ad gratulantibus & agentibus gratias , quod & tacitis criminibus & absque grauiore supplicio & quodam cum honore exire sinerentur. Tum quâ hortando , quâ laudendo quâ etiam laudando ipsorummet Alumnorum quedam consilia , auctoritate præterea quâ & in Societate & apud Principes viros plurimâ valebat , coniunctâ cum vultus morumque latitâ , & prudentiæ in omnibus summa cum laude , id apud reliquos effecit,

cit, ut quæ in futurum constituenda erant, non tanquam ipsius decretæ, sed tanquam ipsorummet confiliorum effecta obuijs vlnis amplectentur; scriberent que ad Generalem *Claudium*, nullum potentius remedium videri ad pacem operatissimam conseruandam stabilendamque, quam si apud eos *Personius* diutissime maneat; vt cuius prudentia, manuetudo, industria, caritas, terminis contentione positis quietem induxerat, eandem in futurum tempus illius praefens virtus & auctoritas roboraret. Similia scripsere ad amicos, Doctores Hil-^{15. Maij} ius, & Guilielmus Giffordus Decanus Insulensis, benedicentes Deum qui quem-^{& 10. Iulij} admodum post Moysèm Iosuc, post Ionatham Dauidem, ita ad populi sui præsidium post *Alanum* substituisset *Personium*. Et duravit ea pax ad annos plurimos; neque inquietorum deinde turbulentia, quamquam tentata, potuit usque quaque infingi. Fruetus autem qui ad pietatem accendentem emanauit quantus quamque excellens fuerit dici non potest, reuocatâ pristinâ sublimis vocationis existimatione, & cum in studijs diligentia virtutum omnium recuperatâ exercitatione.

III. At *Personij* in Italiam profectio aliam habere causam visa est ijs qui publicarum rerum rationibus immersi, Principum priuatorumque studia & actiones pro suarum modo cogitationum interpretantur. Meminerant Regis *Philippi Secundi* aures apertas ei semper fuisse & faciles, tantumque eius tribus vel auctoritati vel consilijs, ut & gratum esset quodcunque propone-^{Opinio de Personio ad Cardinalatum promouendo.}ret, & quidquid petijslet haud difficulter impetraret: adiutumque sciebant ad itineris sumptum quingentorū aureorum nummū pecunia. Tum *Alano* Cardinale demortuo quæri videbant eius gentis hominem qui res Angliae cum dignitate moderaretur, neque legniter agi ut aduersæ Hispano partiis honor adderetur, quâ in re neque Regem dormire, neque quemquam *Personio* prelaturum animaduertebant. Exemplo autem *Tolett* ad illam dignitatem anno nonagesimo tertio euecti non ægide *Clementi* Pontifici perluendum, ut vniueriales Ecclesiæ Regnorumque rationes priuato Societatis instituto præhaberet: Ipsius denique *Personij* virtus, industria, zelus, rerum experientia publicarum, orbi Christiano vbique notissima, & fama viri longe lateque per omnium Principum aulas dilpersa, sermonem haud leuem concitarat propediem in Patrum Purpuratorum Senatum adiicendum: Eorumque ex numero Hispani aliqui non grauabantur eius dignitatis id temporis consueto Illustrissimi titulo illum honestare. Quæ vox cum in Belgij usque esset perlata, *Oliuerius Manaresus*, & *Richardus Gibbonus*, pro eo quo Societatis institutum colebant studio, literis ad eum datis obtestati sunt, nesciatur huiuscmodi honoribus abduci ab ea quam haec tenus cum laude professus fuerat vita ratione. *Oliuerius* ipfissimus his verbis illum alloquitur.

Reuerende in Christo Pater, Pax Christi, &c. Iam tempus est ut V R^a. So. Literæ Oliuerij Manaresi super ea re.